

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,  
De Vita Excellentium Imperatorum**

**Nepos, Cornelius**

**Lipsiae, MDCCXIV**

**VD18 12591890**

V. Cimon.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16472**

atque eodem loco sepultus, vbi<sup>18</sup> vitam posue-  
rat.

aram Chalcioeci collocantes. Has imagines & iam  
Pausanias Lacon. f. 99 laudavit. C.

<sup>18</sup> vitam posuerat ] Ita ex MSS. Bosius: *fnierat* vulgo.  
Ponere autem vitam pro *uori* dixit etiam Propertius II.  
16. 3 ac eleg. 26 extr. sicut Valer. Max. VII. 8. § ponere  
spiritum C.

## V.

## C I M O N.

## ARGUMENTVM.

1. Cimonem e vinculis, quae pro patre subierat, uxor liberat  
matrimonio mutato. 2. Pulsis Thracibus apud Strymona,  
coloniam ducit Amphipolim, & vno die apud Eurymedonta  
terra marique victor, rebelles insulas ad officium cogit redire.
3. Ostracismo tamen multatur, sed quinto post anno restitu-  
tus, cum pacem inter patriam & Spartam conciliasset, in op-  
pugnatione Cirii in Cypro moritur. 4. qui cum primis libe-  
ralitate commendandus est.

**C**imon Miltiadis filius Atheniensis, duro ad- I  
modum initio vsus est adolescentiae. nam  
cum pater eius <sup>1</sup> litem aestimatam populo solue-  
re non potuisset, ob eamque causam in vinculis  
publicis <sup>2</sup> decessisset, Cimon <sup>3</sup> eadem custodia te-  
nebatur, neque <sup>4</sup> legibus Atheniensium emitti

Cap. I. <sup>1</sup> litem aestimatam ] das angesetzte straff-geld. vi-  
de Miltiad. c. 7. n. 6. C.

<sup>2</sup> decessisset ] e viuis.

<sup>3</sup> Cimon eadem custodia ] i. e. in ead. custod. Seneca  
Controv. XXIV. Vnus Miltiadis census inuentus est, Cimon  
filius: nec hic quidem quidquam habuit, quod dare pro patre,  
praeter se ipsum, possit. C.

<sup>4</sup> neque legibus Atheniensium emitti ] ex legibus, vermöge  
der gesetzze. Huiusmodi legem memorat Demosthenes  
aduers. Androtionem f. 704 si pater multam non soluit rei-  
publicae, filium fieri heredem ignominiae paternae. C. poterat,

poterat, nisi pecuniam, <sup>5</sup> qua pater multatus es-  
<sup>2</sup> set, soluisset. <sup>6</sup> Habebat autem in matrimonio  
<sup>7</sup> sororem germanam suam, nomine Elpinicen :  
 non magis <sup>8</sup> amore, quam <sup>9</sup> more, <sup>10</sup> ductus.  
 nam Atheniensibus licet, <sup>11</sup> eodem patre <sup>12</sup> natas  
<sup>3</sup> vxores ducere. Huius coniugii cupidus Callias  
 quidam, non tam generosus, quam pecuniosus,  
 qui magnas pecunias ex <sup>13</sup> metallis <sup>14</sup> fecerat, egit  
 cum Cimone, ut <sup>15</sup> eam sibi vxorem daret : id si  
 impetrasset, se pro <sup>16</sup> illo <sup>17</sup> pecuniam soluturum.

<sup>5</sup> qua ] in.

<sup>6</sup> habebat in matrimonio ] Ergo legitime. Athenaeus  
 autem XIII. f. 589 contra legem παρὰ νόμους συνόντες. C.

<sup>7</sup> sororem germanam ] ὁμοπατρειον. Varroni quidem  
 apud Seruium in Aeneid. V. v. 412 germanus est de ca-  
 dem genetrice manans, quo sensu ibidem etiam Virgilii  
 vox. Haec germanus Eryx, accipienda est : at eodem  
 Seruio teste MVLTI dicunt esse de eodem germine, id  
 est patre. Et hoc modo noster intellexit, qui addidit  
 eodem patre natas. C.

<sup>8</sup> amore ] ex.

<sup>9</sup> more ductus ] Reclamant praecipui scriptores, Plu-  
 tarchus f. 480, Athenaeus XIII. f. 589, Andocides orat.  
 contra Alcib. & Suidas in Cimone, qui omnes improbant  
 hanc cum sorore consuetudinem ut illicitam, additque  
 Suidas, διὰ τῆτο, propterea ostracismo eiectum a ciui-  
 bus fuisse. C.

<sup>10</sup> ductus ] angeführet.

<sup>11</sup> eodem ] ub.

<sup>12</sup> natas ] filias.

<sup>13</sup> metallis ] metalli fodinis. Quanquam etiam haec vox  
 habeat significationem lapidinarum, apud Plinium &  
 alios. Sed h. l. non certe constat, quae significatio sit  
 adsumenda

<sup>14</sup> fecerat ] adquiserat. Sic rem facere dicuntur ii, qui  
 multas ope sibi comparant.

<sup>15</sup> eam ] sororem germanam.

<sup>16</sup> illo ] Cimone.

Is

Is cum talem conditionem aspernaretur, Elpini-  
ce negavit se passuram Miltiadis progeniem in <sup>4</sup>  
vinculis publicis interire, quoniamque prohibe-  
re posset, se <sup>18</sup> Calliae nupturam, si ea, quae pol-  
liceretur, praestitisset.

**C** Tali modo <sup>2</sup> custodia liberatus Cimon, cele- <sup>II</sup>  
riter <sup>3</sup> ad principatum peruenit. Habebat enim  
satis eloquentiae, summam liberalitatem, ma-  
gnam prudentiam cum iuris ciuilis, tum rei mi-  
litaris, quod cum <sup>4</sup> patre a puero in exercitu fue-  
rat <sup>5</sup> versatus. Itaque hic & populum urbanum  
in sua tenuit potestate, & apud exercitum pluri-  
mum valuit <sup>6</sup> auctoritate. Primum imperator <sup>2</sup>  
apud <sup>7</sup> flumen Strymona magnas copias Thra-  
cum fugauit: oppidum <sup>8</sup> Amphipolim consti-  
tuit, eoque <sup>9</sup> decem millia Atheniensium in

<sup>17</sup> pecuniam ] dictatam mulctae loco.

<sup>18</sup> Calliae nupturam ] nubere proprie est velamine tegere:  
& quia hoc signum erat sponsae marito adducendae,  
pro ipso pacto coniugali accipitur.

Cap. II. <sup>1</sup> tali ] in.

<sup>2</sup> custodia ] i. e. ex.

<sup>3</sup> Principatum peruenit ] inter Principes seu primores  
reip. Atheniensis numeratus est.

<sup>4</sup> Patre ] Miltiade.

<sup>5</sup> versatus ] war hierum getummelt worden.

<sup>6</sup> auctoritate ] in.

<sup>7</sup> apud flumen Strymona ] quod Thraciam & veterem  
Macedoniam terminabat. Causa expeditionis, quod  
Persae, qui confederant in oppido Eione super Stry-  
mone, dicebantur Graecos finitimos infestare, quibus  
repulsis, Thracas quoque, fluminis accolae, Persis stu-  
dentes, sedibus suis eiecit. Plutarchus f. 482. Thucyd. f.

6. C. Vid. Tab. II.

<sup>8</sup> Amphipolim ] ad hoc flumen. Vid. Tab. II.

<sup>9</sup> decem millia Atheniensium ] non integra Atheniensium  
10 coloniam

<sup>10</sup> coloniam misit. Idem iterum apud <sup>11</sup> Mycalen <sup>12</sup> Cypriorum & <sup>13</sup> Phoenicum ducentarum  
 3 nauium classem deuictam cepit. <sup>14</sup> eodemque  
 die pari fortuna in terra vsus est. namque ho-  
 stium <sup>15</sup>, nauibus captis, statim ex classe copias  
 suas eduxit, <sup>16</sup> barbarorum vno concursu maxi-  
 4 mam <sup>17</sup> vim <sup>18</sup> prostrauit. <sup>19</sup> Qua victoria <sup>20</sup> ma-  
 gna praeda potitus, cum <sup>21</sup> domum reuerteretur,  
 quod iam nonnullae <sup>22</sup> insulae, propter acerbi-

ciuium, sed etiam *συμμάχων*, sociorum. Hi vero post-  
 ea a Thracibus Edonis deleti sunt. *Diodor. Sicul. XI,*  
*70. XII, 68. C.*

<sup>10</sup> coloniam ] zu anrichtung einer pflanz-stadt.

<sup>11</sup> Mycalen ] Non apud Mycalen Ioniae, sed apud Eu-  
 rymedonta Pamphyliae fluumium Cimon Phoenices &  
 Cyprios vicit, vt Thucydides tradit l. 66. Plutarchus f.  
 486, Diodorus XI. 60. 61, & Frontinus IV extremo.  
 Dux autem ad Mycalen non Cimon fuit, sed Xantip-  
 pus, adiuuante Spartanorum rege Leotychide. *Pausan.*  
*Arcad. f. 280. Diodor. XI. 34. C. Vid. Tab. III.*

<sup>12</sup> Cypriorum ] incolarum insulae Cypri in mari me-  
 diterraneo. Vid. Tab. III.

<sup>13</sup> Phoenicum ] accolarum ad oras maritimas Syriae.  
 Vid. Tab. I.

<sup>14</sup> eodem die in terra ] iuxta Eurymedonta fluumium.  
 Quae vero praecessit naualis pugna, inter huius flumi-  
 nis ostia & insulam Cyprum commissa fuit. *Diodor. &*  
*Frontin. c. l. Etiam Plutarchus fol. 486 ἡμέρα μία. C.*

<sup>15</sup> nauibus ] postquam naues captae.

<sup>16</sup> barbarorum ] Cyprior. & Phoenicum.

<sup>17</sup> vim ] multitudinem. sic in noto oraculo:

*Croesus Halyn penetrans magnam peruertet opum viro.*

<sup>18</sup> prostrauit ] erleget.

<sup>19</sup> qua ] ex.

<sup>20</sup> magna potitus ] er hat große beute erlanget.

<sup>21</sup> domum ] Athenas.

<sup>22</sup> insulae ] in mari Agaeo.

tatem

tatem imperii defecerant, bene <sup>22</sup> animatas confirmavit, <sup>23</sup> alienatas <sup>24</sup> ad officium redire coëgit. <sup>25</sup> Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius se gesserat, vacuefecit, <sup>26</sup> sessores veteres <sup>27</sup> vrbe insulaque eiecit, agros <sup>28</sup> ciuibus diuisit. <sup>29</sup> Thasios opulentia fretos suo <sup>30</sup> aduentu fregit. His ex manubiis Athenarum arx, <sup>31</sup> qua ad meridiem vergit, est ornata.

<sup>1</sup> Quibus rebus cum vnus in <sup>2</sup> ciuitate maxime <sup>3</sup> floreret, incidit in eandem inuidiam, <sup>4</sup> quam pater suus ceterique Atheniensium principes. nam testarum suffragiis, quod illi <sup>5</sup> ostracismum vocant, decem annorum exilio multa-

<sup>22</sup> animatas ] die wolgesinnten.

<sup>23</sup> alienatas ] die abtrünnigen.

<sup>24</sup> ad officium ] zu ihrer pflicht und schuldigkeit.

<sup>25</sup> Scyrum, quam Dolopes ] Aegaei maris insulam. Meminit huius belli etiam Thucydides lib. 1. f. 65. Causa expeditionis, quod Dolopes populi Epiri mare piratica infestabant. Plutarch. f. 483. C.

<sup>26</sup> sessores ] incolas, qui in ea insula haecenus confederant.

<sup>27</sup> vrbe ] ex.

<sup>28</sup> ciuibus ] Atheniensibus.

<sup>29</sup> Thasios opulentia fretos ] marmore diuites: & in continente aurifodinis. Plutarchus f. 487 τὰ χρυσία τὰ πέτρα. Thucydides f. 67 ait: metalla continentis a victoribus relicta esse; muros autem oppidi dirutos, & naues ademptas. Est autem Thasus vicina Thraciae & Macedoniae insula. C. Vid. Tab. II.

<sup>30</sup> aduentu ] in, bey seiner ankunfft.

<sup>31</sup> qua ] in qua parte.

Cap. III. <sup>1</sup> quibus ] ex s. in.

<sup>2</sup> ciuitate ] Atheniensium.

<sup>3</sup> floreret ] laudaretur, honoraretur.

<sup>4</sup> quam pater suus ] Boecleri MS. in quam, plene. C.

<sup>5</sup> ostracismum ] vid. Themist. c. 8. not. 4.

2 tus est. <sup>6</sup> Cuius facti celerius Athenienses, quam <sup>7</sup> ipsum, <sup>8</sup> poenituit. nam cum ille <sup>9</sup> forti animo inuidiae ingratorum ciuium cessisset, bellumque Lacedaemonii Atheniensibus <sup>3</sup> indixissent, confestim <sup>10</sup> notae eius <sup>11</sup> virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum, <sup>12</sup> quo expulsus erat, in <sup>13</sup> patriam revocatus est. Ille, quod <sup>14</sup> hospitio Lacedaemoniorum utebatur, <sup>15</sup> satius existimans <sup>16</sup> eos, & ciues suos inter se <sup>17</sup> vna voluntate consentire, quam <sup>18</sup> armis contendere, Lacedaemonem sua sponte est profectus, pacemque <sup>19</sup> inter <sup>4</sup> duas potentissimas ciuitates conciliauit. <sup>20</sup> post neque ita multo, <sup>21</sup> Cyprum cum ducentis nauibus <sup>22</sup> imperator missus, cum eius maiorem

<sup>6</sup> cuius facti ] s. iniustitia.

<sup>7</sup> ipsum ] Cimonem.

<sup>8</sup> poenituit ] dolor cepit. Cimonem enim propria poenitere non poterat.

<sup>9</sup> forti animo ] mit vnerschrockenem gemüthe.

<sup>10</sup> notae ] seiner bekanten. &c.

<sup>11</sup> virtutis desiderium consecutum ] Horat. III. Od. XXIV

*Virtutem incolumem odimus.*

*Sublatam ex oculis quaerimus inuidi. C.*

<sup>12</sup> quo ] ab eo tempore in quo expuls. &c.

<sup>13</sup> patriam ] Athenas.

<sup>14</sup> hospitio ] sc. dum exul extra patriam agebat.

<sup>15</sup> satius ] melius, consultius.

<sup>16</sup> eos ] Lacedaemonios.

<sup>17</sup> vna ] in.

<sup>18</sup> armis ] i. e. in.

<sup>19</sup> inter duas potentissimas ciuitates ] Athenas & Lacedaemonem. C.

<sup>20</sup> post neque ita multo ] nicht alzu lange darnach.

<sup>21</sup> Cyprum ] in insulam mar. medit. Vid. Tab. III.

<sup>22</sup> imperator ] dux classis sive navalis belli. Diodor. XII. 3

δαρατοκρατών. C.

partem

partem insulae deuicisset, <sup>23</sup> in morbum implicitus, in <sup>24</sup> in oppido Citio est mortuus.

Hunc Athenienses non solum in bello, sed in **IV** pace diu desiderauerunt. Fuit enim <sup>1</sup> tanta liberalitate, cum <sup>2</sup> compluribus locis praedia, hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus seruandi gratia, ne quis impediretur, <sup>3</sup> quo minus eius rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum <sup>4</sup> pedissequi cum nummis sunt secuti ut, si quis opis <sup>5</sup> eius indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe, cum aliquem <sup>6</sup> offensum **3** <sup>7</sup> fortuna, videret minus bene vestitum, suam

<sup>23</sup> in morbum implicitus ] Sic & Agelilao extremo in morbum implicitus, decessit. Liuius XXIII. 34. Q. Mucius non tam in periculosum, quam longum morbum implicitus, diu ad belli vim sustinendam inutilis fuit. Lucretius VI. 1230 implicitem morbo. Rursus, Liuius V. 31 consulibus morbo implicitis: & VII. 23 Scipione graui morbo implicito. C.

<sup>24</sup> in oppido Citio ] Conuenit nostro cum Diodoro, qui XII. 3 ait expugnatum Citium fuisse: ex Plutarcho vero f. 491 & Thucydide f. 73 videtur Cimon in obsidione mortuus esse, antequam vrbs caperetur. C.

Cap. IV. <sup>1</sup> tanta ] sc. praeditus.

<sup>2</sup> compluribus ] in.

<sup>3</sup> quo minus ] wodurch er weniger genießen könnte: s. daß er nicht &c.

<sup>4</sup> pedissequi cum nummis ] alio prorsus fine seruus L. Veratium sequebatur, crumenam plenam assium portans, ut, quemcunque petulanter depalmauerat, numerare statim multam, in XII. tabulis constitutam, posset. Gellius XX. 1. C.

<sup>5</sup> eius ] Cimonis.

<sup>6</sup> offensum fortuna ] Cui quis insensus vel iratus est, huic nihil boni dat, & cui infesta est fortuna, huic nullas opes, honores & alia bona tribuit. Ergo fortuna offensus est pauper.

<sup>7</sup> fortuna ] a.

D 2

amiculum

amiculum dedit. Quotidie sic <sup>8</sup> coena ei coquebatur, vt, quos <sup>9</sup> inuocatos vidisset in foro, omnes deuocaret: quod facere <sup>10</sup> nullum diem praetermittebat. Nulli fides eius, nulli opera, nulli res <sup>11</sup> familiaris defuit. multos locupletauit: complures pauperes mortuos, qui, vnde <sup>12</sup> efferrentur, non reliquissent, <sup>13</sup> suo sumptu <sup>4</sup> extulit. Sic se <sup>14</sup> gerendo minime est mirandum, si & vita eius fuit secura, & mors acerba.

<sup>8</sup> sic coena ei coquebatur ] tenuis quidem, sed multis sufficiens. Plutarchus p. 484 δ'εἰπνον λιτὸν μὲν, ἀρκεῖν δὲ πολλοῖς. C.

<sup>9</sup> quos inuocatos ] non vocatos. Terentius Eunuch. V. 8. 29 inuocato vt sit locus, vbi Donatus: inuocato, non vocato significat. IN etenim auget & minuit dictionem. C.

<sup>10</sup> nullum ] per.

<sup>11</sup> familiaris defuit ] nulli defuit, cui potuit rebus ex familia vel oeconomia defumtis gratum facere.

<sup>12</sup> efferrentur ] ex suis aedibus ad sepulcrum.

<sup>13</sup> suo sumptu ] ex.

<sup>14</sup> se gerendo ] indem er sich also aufführete.

## VI.

## LYSANDER.

## ARGVMENTVM.

1. Lysander, victis Atheniensibus apud Aegos flumen, superbe agendo in odium induxit Lacedaemonios, ex amicis suis decemuiros ciuitatibus constituens. 2. In Thasios subdolos & crudelis - - 3. Lacedaemoniorum reges sublaturus, oracula corrumpere conatus est. Absolutus crimine & Orchomenis auxilio missus occiditur a Thebanis, relicta oratione, qua molitiones eius prodebantur. 4. Se ipsum etiam prodiderat, elusus a Pharnabazo supposititio libello.

Lysander